










Hectoris Flisci. I.V.D. Lauaniẹ & palatini comitis aduocati consistorialis ac oratoris rei. p. Genueñ. ad Innocentiū Octauum pont. maximū Oratio.

Gratulatoria. obedientiā pollicemur.

¶ Nemo admirabit᷑ Beatissime pater: si inter hos duodecim oratores per tuā Genuensem rem. p. ad te missos: ego ętate: ingenio: auctoritate satis inferior: coram te xp̄i vicario tuoq́ȝ hoc diuino admirabiliue tantoꝝ patrum cętu: hodierna die de summis rebus aliquid etiā pro virili dicturus: pauēs: trepidus: totusq́ȝ perterritus adeo cōtremiscam: ut palleat facies: vox titubet: lingua balbutiēs faucibus adhęreat. Nam sicut īmortalis dei aspectus in oculos humanę fragilitatis tanq̄ȝ fulgur egrediens adeo splendet: q̄ neminē qui vixerit deum videre potuisse sacrę litterę attestant᷑. Ita celsitudinis tuę maiestatem illius diuini numinis splendore coruscantē: imbecilles oculi mei velut niticoracis solis radios nequeunt tolerare. Verū me per se excusabilis parendi necessitas cogit. Recreat aūt atq́ȝ reficit consistorialis nuperrime aduocationis meę & aliq̄n tecum priuatę ꝯsuetudinis recordatio. sed ante oīa summa ac admirabilis erga oēs clemētia tua: qua ętatis nr̄ę nemini cędis: & quę vna inter īnumeras virtutes tuas adeo splendet: ut existimem veniam mihi facile concedendā. si quid minus ornate: minus accurate: diserteq́ȝ dixerim. Atq́ȝ illud in primis mihi lętandum iure esse video: q̄ in hac iniūcta mihi hodie ex hoc loco ratiōe dicendi: causa talis oblata est: in qua oratio nemini deesse pōt. In quo enim sublimius atq́ȝ iocundius mea versari pōt oratio q̄ȝ si quod primū est te pont. Maximo gratulandum sit de suā concinis ad summi apostolatus apicem assumptione. Inde: si de apostolicę sedis laudibus: tuisq́ȝ amplissimis virtutibus loqui voluero. Postremo: si quos fruct⁹ christiana respub. ex hoc tuo pontificatu sperare possit: aliquid attigero. Quę omnia tanti ponderis tantęq́ȝ magnitudinis esse reor: ut non hominū: sed

vix angelorum linguis explicari queant. Verũ quia ⁊ Philoso phi sentẽtia: ⁊ utriusq; iuris censura monemur: nihil dici oporteτe: quod uel ratione uel auctoritate nõ probetur. operepreciũ esse sentio: priusq; dicendi campum ingrediar: percontari: an ad apostolatũ assumpto gratulari deceat: ⁊ coram laudes eius enarrare! Scio enim cõsuetudinis esse ferme omniũ: qui ad tuam Sanctitatem legationis officio primũ accedunt: ut orationem habeant gratulationem ac laudes continentem. Scio prę terea nõnullos adesse: qui morem hunc nõ probent: ⁊ alterum hominis parum cõsiderate loquentis: alterum adulationis vitium esse censeant. Quid enim inquiunt: ei gratuleris: qui ad ĩmensos animi corporisq; labores: ad maximas curas: ad diuersarum gentium regimen: ad sollicitudinem omniũ ecclesiarũ: ⁊ quod his maius est omnibus: ad difficilem ⁊ periculis plenã est seruitutem assumptus Rectius tali viro tanta rerum mole oppresso condolendum ⁊ compatiendũ esse dictitant. Postremo cõmemoratis malis omnibus: quę huic pastorali dignitati necessitate quadam cõiuncta sunt: ea proculdubio ⁊ ĩnumera ⁊ maxima esse: Sysiphi saxum voluere pontifices prędicant: ⁊ ob id gratulationis munus exhorrent. Mea tñ sententia nõ est ei gratulandum: qui locum hunc ambitione possideat: qui cõmuni omniũ stultitia feratur atq; errore: ut ea optima ducat: ad quę velut ampla ⁊ speciosa mortalium fertur ambitio. qui Epicureorum secutus errorem: felicitatem in voluptate constituat. Huic sane cõuenit: quod moralis ille Seneca verissime scribit: Magna fortuna: magna seruitus. Multipliciter quippe: teste Aristotele: hominũ natura serua est. Sed eorum seruitus miserabilior: qui ad maximas dignitates euecti: vitijs ⁊ voluptatibus inseruiunt: ⁊ proprij corporis sunt fęda mancipia. Sed si de ijs loqui velimus: qui ambulãt in vijs ⁊ in lege dñi. qui nõ quod libeat: sed quod deceat spectant: qui non in voluptate: sed in virtute fęlicitatem constituant: ijs censeo congaudendũ

Etenim virtus est ut Aristoteli placet in ethycis que promptã ac delectabilem elicit operationẽ. ⁊ virtus sine operatione mortua est. Hinc Imperator noster Iustinianus libro. xii. sui codicis: milites qui a repub. aluntur| frequentius in acie impat exhiberi: ut armorum quotidiano exercitio ad bella se preparent. Nec medici: nec oratores: nec imperatores: quãuis artis precepta didicerint: quicq̃ magna laude dignũ absq̃ vsu ⁊ exercitatiõe consequi possunt. Cur igitur ei non congaudeas: qui iuxta Iacobum aplm gaudium existimat: cum in varias inciderit tentationes. cui vita omnis gaudiũ est: cum recte ad naturã viuat: qui ⁊ secundis ⁊ aduersis rebus euadat melior atq̃ perfectior. Huic sane potiores sunt Herculis erumne seuicq̃ labores ⁊ Venere ⁊ plumis ⁊ cenis Sardanapali. Tibi igitur clementissime pontifex: qui ab ineunte etate: ⁊ totius ante acte vite discursu ita vitam instituisti: ut nõ in voluptate ⁊ otio: sed in laboribus: virtute: cõtinuoq̃ negotio glorieris pro te: pro tua virtute cõgaudemus: congratulamur: ⁊ applaudimus. Nec sera quidem accusabitur gratulatio nostra: que nulla negligentia pretermissa est. Scimus enim beatitudinẽ tuam non ignorare: nobis veniendi non voluntatẽ: sed facultatem defuisse: cum tandẽ necessarium fuerit nobis legatis ad hanc sanctissimã sedem adorandam venientibus| mari hiberno tempore nauibus etiã onerarijs huc traijcere. Cõgaudemus tibi preterea. nam ut Vlpianus iuris cõsultus li. xxxvii. ff. scribit. ipsa naturali lege nõ minus patrie nascimur q̃ parentibus. Iure aũt gentiũ ut Pomponio placet: nedũ patrie prius q̃ parentibus parendũ: sed tutele proprij corporis ipsam quoq̃ patriã esse preferendã. Ciuili vero iure: ut ait Paulus. disciplina castrorũ pro patria antiquior fuit parentibus Romanorũ: q̃ charitas liberorũ. Et Marcellus memorat li. xi. ff. Minime lugendũ maiores putauerunt eum: qui aduersus patriã venerit. quem si filius patrem: aut pater filiũ occidisset: sine scelere non puniendũ: sed premio afficiendum

omnes constituerūt. Postremo: lex euangelica nostros licꝫ do/
ceat diligere inimicos: hostes tn̄ patrię nedum nō diligere: sed
si incorrigibiles sint/ necare iubet. Horum non īmemor philo/
sophorum princeps Aristoteles Stagirita: dum apud Philip/
pum Macedonū regem eius esset auctoritatis: ꝙ nec dimidiū
regni sibi denegare Philippus instituisset (nam ꝛ regni ꝛ vni
ci filij Alexandri cura sibi credebatur) nullum maius benefi/
cium a rege consequi posse existimauit: q̄ʒ ut Stagiram ei9 pa/
triam euersam restitui assequeret̄. Inde legem ꝛ formā suę rei
publicę ipse descripsit: qua postmodū sua ciuitas vsa est. Habu
itqꝫ licꝫ absens suę patrię diligētissimā curā. Unde cōciues sui
ob hęc merita tanto in honore illum habuere: ut festi dies ꝛ lu/
di quotannis: ꝛ eo viuente faciendi illi publice dicarentur. Fe/
sta ipsa celebritas Aristotelia nūcupata. Catho deniqꝫ Roma/
norum sapiētissimus dum de suę reipub. salute desperasset: nō
amplius sibi viuendum existimauit. Cum itaqꝫ naturali genti
um ciuili ꝛ euāgelico iure: omniqꝫ sapientissimoꝝ virorum ex/
emplo patrię magis debeamus q̄ʒ parentib9: q̄ʒ filijs: q̄ʒ nobis
ipsis: quid est: ꝙ in tāto: tam grandi: tam ęquo: tam oportuno
patrię gaudio: a maxima temperes iocunditate? Ex hoc enim
īmenso dei beneficio tantum tua patria exultauit: ut nemo sit:
qui viderit vllo tempore rem ei nunciatam: quę iocundius ac
maiore omniū gaudio sit excepta. Cōsternatis nempe tuorum
ciuium animis obitu fęlicissimę recordationis Sixti prędeces/
soris tui: ꝛ Romane ecclesie scissuram verentibus (cum omnia
armis agi viderentur) nouū sydus oriri visum est: proculdu/
bio celo demissum: quod tantā rerum mutationem ipso nūcio
effecit: ut natalem diem non homines modo: sed iumenta: pa/
rietes: ꝛ saxa celebrare credidisses. Affulsit hec lux omnib9 chri
stianis fateor: sed patrie tue potissimū: que etsi dono dei pon
tifices maximos plures ex suo scd̄m carnem sanguine suscepe/
rit: Innocentium illum Quartum: ciuilis ꝛ canonice scientie

illuminatorem eminentissimũ: qui non modo Genuensiũ glo
ria: sed totius orbis ⁊ terrę decus ⁊ lumen fuit· et cuius ea fuit
animi sapientia ⁊ magnitudo: principũ maxime seculariũ: Ro/
manę ecclesię aduersantiũ deprimendo potentiã· grauium ꭓo
viroꝝ litteris ac moribus ornatoꝝ sublimando virtutẽ: ut apo
stolicę sedis auctoritas eisdem principibus augustali quoqꝫ di
gnitate fulgentibus suo tempore formidini esset: quibꝰ antea
ludibrio fuerat· Itaqꝫ solus omniũ: ut puto: pontificũ: duo ma/
xima munera ⁊ difficilima adimpleuit: ut in repub· orbis terra
rum moderatrice occupatissimus meliora scripserit: ꝙ excellen
tissimi iurisconsulti in otio/ soloqꝫ studio viuẽtes· ⁊ rursus stu
dio: libris scribendis: legibusqꝫ cõdendis maxime occupatus:
maiora negotia obierit: ꝙ hi qui vacui sunt ab omni cura litte
rarum· Adrianũ deinde Quintũ prefati Innocentij ex fratre
nepotem· qui patrui vestigia imitatus: sicut litteratoꝝ viroꝝ
amator fuit ⁊ cultor· ita ab eis extitit sũmis honoribus celebra
tus. Hic Adrianus ille pontifex fuit: cui Otobono Cardinali
Guliermus Duranti speculũ aureum eius opus dedicauit. Et
Johannes Andreę: cui vas/ canonũ nomen est: Speculatoris ⁊
alioꝝ doctrina excellentium viroꝝ: spem ad Cardinalatũ cum
ipso Adriano ante coronationis diem functo/ sepultam fuisse
scribit· Et cuius etiam maximis conatibus intuenda a tyranni/
nis Ro· ecclesię ditione mors obstitit inuida ⁊ ĩmatura· Nico/
laum etiam Quintũ sacrę theologię peritissimũ: quo in conci/
one cum Grecis habita in synodo Ferrariensi: catholica fides
nullũ habuit maiorem defensorẽ· Sixtum pariter proximũ pre/
decessorem tuũ: qui vltra lr̃arum studia tantę fuit magnanimi
tatis ⁊ glorię: ut nemo ęquare eum sua ętate crederetur· Te Ꭓo
nũc cernimus Innocentiũ Octauũ: omniũ quos antea tua pa/
tria edidit: pontificem dignissimũ· ⁊ quem diuina bonitas eo
tempore nobis dedit: quo xp̄iana respub· bono rectore: auriga:
⁊ moderatore ꝙ maxime indigebat· ⁊ Italia presertim: quę diu/

turnis fluctibus agitata: nō amplius sine tali pastore quiesce-
re posse videretur. O ineffabilem dei pietatē: que nunq̄ dese-
rit sperantes in se. et eos tunc sanat: tūc erigit: cum fuerint ma-
iori in periculo constituti. Quid est qd tibi: nobisipsis: vniuer
soq̄ populo xp̄iano maiori ac honestiori gaudio et letitia gra-
tulari possimus: q̄ habere altissimo creatori vobisq̄ Reueren-
dissimis patribus gratias īmensas: q̄ admirabili ac diuino pe
ne vestro consensu: eum nobis pastorem dedit: et huic sanctissi-
me sedi sessorem. qui bonitate vellet: sapientia sciret: auctorita-
te posset coercere omnes ad bene: honeste: et in pace viuendum
Huius vō sedis amplitudinem ac maiestatē: si referre vellem:
quod me secundo loco facturū dixi: supra hominis ingeniū est.
vbi cum plura dixero: nihil prorsus: quod dignum re sit: dixis-
se videar. Quare nostri cōsilij est: neminem quicūq̄ eloquen-
tissimus fuerit: imitari. vbi in medio pene cursu multi plerūq̄
doctissimi viri defecere. sed nos cōtentos humili tāte sedis ve-
neratione admirari: et adorare eam tacito ore poti⁹ velle: q̄ ver
bis licz ornatissimis extollere: quod per seipsum in suprema ex-
tollit̄. Nam hec sedes e celo diuinitus fuerit instituta: quo bre-
uior de reb⁹ diuinis sermo fuerit: censeri dignior poterit: si ad
venerationē magis q̄ ad laudem omnia deferant̄. Liceat iam
dignissime pontifex tuarum virtutū laudes attingere. si tn̄ pri
us cognouerimus: presentis laudem: vbi fallax nō sit: parceq̄
ac modeste fiat: a sanctissimis sapiētissimisq̄ viris maxime p-
batum iri. Par enim est: nō laudare virtutem: et vitia nō impro
bare. Cur igit̄ verear assentator videri: si ita te laudem: ut vir-
tutes longe maiores tibi inesse cognoscāt omnes: q̄ exprimāt
verba dicentis. Nam tuarū laudum difficilius est exitum: q̄
principiū inuenire. Quid enim uel ad patriam: uel ad genus:
uel vim animi et corporis ptinet: quod in te amplissime lauda-
ri nō possit. Si patrie splendor querit̄: que et ipsa ad hominis
felicitatem nōnihil confert: Ulpiano iurisconsulto li. xxi. ff. di-

cente: multū nostra interesse scire hominis nationem. proinde mancipium redhibendū: si in eius venditione natio non foret expressa. Hinc Symonides Lyricoꝝ scriptor docet: Beate perfecta rōne victuros: in primis opus esse patriā habere gloriosam. Tuę igitur patrię gloriā: res ab ea amplissime gestas: principes maximos potētissimos reges superatos memorare: sicut meę nō est facultatis: ita nostrę nō esset modestię: qui eius legatione fungimur: ꝛ quę sine multoꝝ inuidia referre nō possemus. Illud tn̄ sine cuiusquā iniuria palam fateri licebit: vrbē tuam Genuam inter ceteras christianoꝝ fuisse semper christianissimā: ꝛ apostolicę sedis obseruantissimā. Fuere nāq̧ Genuenses inter p̄mos christianoꝝ Italię populos: qui sacrū corporis christi sacrificiū publice susceperunt. Apud patriā tuam nulla vnq̄m heresis deprehensa est. In ea vsq̧ ad hęc tempora propter xp̄ianę religionis ꝛ dominicę passionis reuerentiā: hebrei nunq̄ʒ habitare potuerunt. Aduersus Ro. ecclesiā Genuenses arma sumpsisse nusquā compertū est. Quę ꝟo pro xp̄ianę religionis dignitate augenda: ꝛ huius sanctę sedis auctoritate tuenda ꝛ multa ꝛ pręclara egerint ac memoranda: testis est Jerosolomitana ciuitas: quę a duce Gotfredo cum Genuēsi classe capta est. Testis Rhodiana insula e manibus Turcoꝝ cum nostra classe erepta: ac postmodū etiam defensata. Testis Idruntina in Italia metropolis. Testes infiniti populi Gręci: Scythę: Armenij: Capadoces. de quibus ꝓ religione xp̄iana patria tua sępenumero triumphauit. Testes inquā innumeri Romanorum pontifices: quos a tyrannoꝝ obsidione ciuitas tua liberauit. Vi pulsis pontificibus hospitiū pr̄buit: ꝛ rursus eos in sede/sua ope/diuino fauente munere collocauit. Quo fit: ut nemini indignū videri possit: si patria tua apud apostolicā sedē in dignitatibus ecclesiasticis tanti habita fuerit: ꝙ ne dicā ex patria aut vrbe: sed vna tm̄ tuę ciuitatis familia plures pontifices maximos: duos supra septuaginta Cardinales: ꝛ fauente

ecclesia etiã Sicilię regẽm habere meruerit. ⁊ quod ętas nostra nunq̃ꝫ vidit: vno deficiente/alterum ĩmediatũ successorẽ pontificem maximũ patria tua nunc habere gloriet̃. Sed tu forsan iam illustri vrbe oriũdus: nullas maioꝝ imagines prę te fers: nullo splendore familię fulges: imo xo necessarijs ac parentibus nõ minus clarus ⁊ eminens q̃ꝫ patria es. Nam ut omittã nobilitatis tuę stẽmata: que a longo origine per viros optimates ⁊ reipub. nostre ṗncipes ingente cibo patricia repetẽda essent: ut sileã viginti patricias familias ex hac vna vrbi tue proditas: ut preteream auoꝝ tuoꝝ domi forisqꝫ tum bello/tum toga mirifice gesta. Quis nostrũ non meminit Araonem patrẽ tuũ equitem auratũ sacri imṗialis palatij comitẽ: ⁊ Ro. vrbis Senatorem: ⁊ cui⁹ angelicus aspectus regiaqꝫ effigies velut a proauis hereditaria ad te quoqꝫ transmissa esse videt̃. Is tãte prudentie fuit in rebus agendis: tanti cõsilij: tãte magnitudinis ⁊ fidei: ut Sicilie regnũ Renati regis vice administrauerit Et quemadmodũ Quintũ Ligarium ĩ Aphrica fecisse scribit Cicero: Regno sic prefuit: ut ⁊ socijs ⁊ ciuibus gratissima esset eius integritas ⁊ fides. Talem etiã se omnibus ṗbauit: ut regno pulso p Alphonsum Renato: satisfacere hoĩbus nõ posset Alphonsus: si quenq̃ꝫ aliũ regno ṗfecisset. Itaqꝫ Araoni apud Alphonsum euenit: qd Ciceroni apud Cesarẽ: cum Cesar superato Pompeio ex Egypto ad eum lr̃as misit: ut esset idem qui fuisset. Sed ego te illis ãnumerari minime velim: quos Cicero in legis agrarie impugnatiõe cõmemorat: maioꝝ sola gratia ⁊ illustribus auoꝝ monumẽtis: ṗmis honoribus fuisse ornatos. Tu ipse sanctissime pater: tua virtute: tuis laborib⁹: viam tibi struxisti ad id fastigiũ quo nunc euectus es. Nõne sicut ṗuato noĩe Johãnes Baptista: ita re es gr̃a plenus: ⁊ pontificio innocens: ita nemini obesse ac oĩbus semp prodesse natura docente didicisti: ita ut de te dici possit: qd apud Cesarem Titum legimus: non decere quempiã tristem a facie principis discedere.

Quid igitur singulas tuas virtutes hoc loco enumerē: cum in te natura ita omnes congesserit: ꝗ inter sese quenam maior sit aliqn̄ pugnare videantur. Quis igit̄ sis ꝛ quales sint virtutes tue satis declarauit ille omniū iustus iudex: qui inter ingentē Romane ecclesie patrum numerū: scientia: moribus: ac vite sanctimonia preditoꝝ: te vnum in terris vicarium sibi delegit: cui gregem suum cōmitteret: ꝛ claues traderet regni celoꝝ. Hoc cōtentus esse potes. nec ab homine in terris querere: quod e celo diuinitus consecutus es. Dicturo postremo quos nam fructus ex hoc tuo pontificatu sperare possimus: illud in p̄mis mihi venit in mentem: qđ Septimus Seuerus Augustus vir bello ꝛ pace insignis moriens supremis verbis velut clarum ꝛ memorabile facinus sibi adscripsit: Accepisse initio sui imperij rem publicam conturbatā: relinquere vo pacatam ꝛ tranquillissimam. Tu vo Romam tue sedis vrbem: ne dicam turbatā accipiens: sed ciuilibus ac intestinis odijs: simultatibus: ꝛ seditionibus palam ꝛ publice furentem: vix adhuc sedens ita pacatā reddidisti: ut nedum Seueri: sed Octauiani etiā temporibus nūc tua Roma inuidere minime possit. Nam si cum Innocentio illo Quarto diuino hoīe: quem paulo ante memorauimus: patria: nobilitate: cardinalatus titulo: ꝛ pontificio etiā nomine: diuino ꝛ autumo potius q̄ꝫ humano cōsilio idem esse ꝛ meruisti ꝛ voluisti: cur ambigendū: quin rerum gerendarum gloria eum equare debeas: aut etiā sine controuersia superare? Et hoc presertim tempore: quo plurima se offerunt christiane rei publice pericula: re ꝛ exemplo pertimescenda. Pudet nāqꝫ referre christianoꝝ miserias: ex quib9 infidelis gladius maiores vires accepit. Vidimus iam paucis pene elapsis annis Turcum Italiam ingressum: ꝛ quod sine magno dolore referre nō possumus: paruis admodum viribus ita fecisse: ut toti Italie iam formidini esset. Cuius nisi mors cursum preripuisset: sunt qui haud temere credant: uel Italicoꝝ desidia: aut inter eos perti-

naci contentione magnam cladem toti Italię inferre potuisse. Nunc filiũ eius: quem fama erat otio magis ac delicijs q̃ belli cupiditate teneri: quod pater illius nõ sine magnis cladib9 frustra sępe tentauerat: Licostomũ Mocastruniq3 opida in hostio fluminis Danubij posita: mira celeritate expugnasse. Quid nunc facturum eum hostem hac victoria elatũ arbitramur: nisi extensurum se. O bone deus: ne irascaris populo tuo: vel in Cypros: vel in Rhodios: aut ex Aulona maioribus viribus in Apuliam traiecturũ (7 vtinam sim falsus vates) ruptis simulatę pacis federibus Venetam etiã ditionem incursurum. quo tempore assurgemus oẽs: cum nihilo magis proficere poterimus. Dies 7 facultas me defecerint: si hęc omnia ꝓ rerum indignitate 7 periculo recensere velim. Quin potius ĩmortali deo 7 agendas 7 habendas gratias cumulatissimas reor: q̈ te oportune admodũ rebus fessis opem laturũ sũme rerum pręfecerit. Non erit igit᷑ a te pontifice Maximo periculũ hoc cõtemnendum: neq3 vlla incredulitate aut mora prętermittendũ: quin excites christianos principes ad hanc curam. 7 prius occurrendũ q̃ magis ignis inualescat. Et si quispiam repugnare videbit᷑: tuę Sanctitatis officiũ erit: suo imperio: sua auctoritate: suis viribus omnes cogere. In quo inter multos pręcipuos 7 ad parendum ꝓmptos: habes nos Genueñ tuos: qui sicut veri christiani semper fuimus: semperq3 esse volumus. ita te Innocentium Octauũ: summũ verum 7 indubitatũ pontificem: esse testamur. Tibi igitur ditioniq3 tuę: quod pręcipue a Reuerendissimo illustrissimoq3 Cardinali 7 duce atq3 inclyto senatu nostro est demandatũ: oẽm ac perpetuã deferimus obedientiã. Obedientiam inquã: quã legittimo pontifici fideles christiani pręstare solent 7 debent. Eoq3 libentius ac paratius id facimus: quo 7 fidei 7 cõmunis patrię nexu stringimur. Tibi pręterea: si quid nobis virium: potentię: dignitatis est: promptissimo animo ante tuos iamiam deosculatos pedes humiliter deponim9:

132.

in fine cum ecclesia dicentes: Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo ꝛ inuẽtus est iustus ꝛ in tempore iracundię factus est reconciliatio nec est inuentus similis illi qui conseruaret legem excelsi: ideo iureiurãdo fecit illum dñs crescere in plebem suam; Dixi.

Dicta Anno dñi. M. cccc. lxxxv. die. xxvii. Aprilis.

¶ Titus Veltrius Viterbieñ ad diuam domũ Fliscam: omni honore ꝛ laude prẹstantissimã: post luculentissimã orationem habitam ad summũ pontificem a Flisco oratore Maximo.

Fęlix Flisca domus titulis decorata supremis:
Fęlix ꝛ tanto rhetore Flisca domus.
Celsior ut cunctis laribus celebrata per orbem:
Eloquio facta es sic ꝛ in vrbe prior.
Stegmate nobilior: tum scemate clarior / omni
Progenie quum sis: quid nisi diua domus?
Viue igitur fęlix: totum diffusa per ęuum:
Ut quondam titulis mox cumulanda sacris;